

minus insanire memento. Hæ tibi erunt artes: monstris imponere finem, Parcere Rolletis & debellare bubulcos. Convitiarum præterea, scommatum & sycophantiarum accusat 182. Eumque ne porcorum pabulo dignum dicit: 183. novum vocat inter Cyclopes & fabros sandapilarum sidus. Germaniæ portentum, scarensmidum, 176. Grobsmidum, 182. Animal, quod Lipsiæ publicis sumptibus alatur, insulsissimum Asinum 183. belluam 176. caninum caput 193. vitulum 192. suem 193. porcellum 193.

§. 6. Dn. D. Valent. Velthemium Theologiæ in Jenensi Academia Professorem excellentissimum; Hominem esse; qui per plures annos in lacunis Metaphysicorum & luto sophistarum se volutaverit 298. quintasque essentias inde extraxerit 300. barbariei apud Jenenses haud infimum columen esse: Doctrinam de Necessitate sexcentis tabellis exposuisse, & quam Jenæ passeris quoque cantillent, non minore eloquentiæ torrente evoluisse, quàm agyræ virtutes adipis murium Alpinorum solent 306. scripto illius se nihil indoctius aut inficetius vidisse p. 101. jejunas esse ipsius sophistications 290. Ex mysteriis prædicamentorum eum gannire 97. Dissertationes suas per vomitum in chartam eructasse 297. propriam stultitiam flagellare 96. ignorantem esse 190. Præsidium in professione stuporis ponere 293. infelicem puerum esse, qui impari (sibi ipsi, putat) congressus sit Achilli: ingenio esse valdè infelici 296. Rationem illum valde fugere 281. nihil rationis ipsi esse: nihil frontis 97. animal esse quod ne tertiam quidem petitionem orationis Dominicæ noverit: De voluntate Dei sibi non optima polliceri 97. in nugacissimas cavillationes provolvi 293. Auditorium Jenense ruditu opplere: clamore Mar-  
cena